OPINIONIS PERICVLA SALMANTICAE SVBLATA, FOELICITER ELABORATA, INFOELICI SORTE DONATA.

OPTIMO, ET CLARISSIMO VIRO D. DON Ioanni de Solorçano Pereyra inter Salmantinos olim Primarios, Choriphæo primo, & apud Limenſes, in Peruano Iuridico Conuentu, non ſecundo Senatori.

DEINDE IN AMERICAE TOTIVS REGALI SENATV apud Carpentanorum Mantuam Philippi IIII. Hiſpaniarum Imperatoris aulam tractanti Laterculum.

INGENIO FOELICI, ERVDITIONE FOELICIORI, & in iuriſprudentia noſtra fœliciſsimo Doctori.

DON MATTHIAS GVERRA DE LATRAS AMERICVS I. C. ex Indica Cartagine, Salmantina legum licentiæ decoratus laurea, quæ in eadem academia candidatus, ſine patrono ſubſtulit, nunc apud togatos inſignis, & Maioris Collegij Sanctæ Mariæ de Ieſu, Hiſpalenſiſq; Mineruij, eiuſdem toga, & clamide illuſtratus, recolit Patrono inuento.

En Barcelona, Por Sebaſtian de Cormellas, Año de 1636.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

CORRECTIONES ERRATORVM.

FOlio 2.pag.2.lin.8. familia, lege *familiæ*.ead.pag.lin.17. hic tit, repone hoc tit.fol.3.pag.1. lin.4.l.interdicit,repone l.intercidit. ead. pag.lin.6. Frab.rep.Fab.ead.pag.lin.18.Parengon, rep.Parergon, fol.4. pag.2. lin. 12.capit,rep carpit,fol.7.pag.1.lin.8.ſi,rep.ſi.ead,pag.lin.15.cibile,rep.ciuile fol.8.pag.1.lin.7.conſequuatur,rep.coſequatur,ead.pag.lin.8.cædentis, rep. cedentis, ead.pag.lin.18.ſubſequuatur, rep.ſubſequatur,fol.9.pag.1.lin.8.in. tercedit, rep.intercidit, fol.10.pag.1.lin.4. omittendo, rep. amittendo, ead. pag.lin.10.Frab,rep.Fab.fol.11.pag.1.lin.9.continebatur, rep. continetur,fol. 11.pag.2.lin.penult.l.Iul.rep.lege Iul.fol.15.pag.1.lin.10. de legatis 2. rep.de legatis 3 fol.16.pag.1.lin.22.ad Tertulianum,rep.ad Tertillynianum,fol.16. pag.2.lin.8.libertatione, rep. libertate, fol.17.pag.2.lin.6. metellus, rep.me tellus, fol.18.pag.1.lin.12. ouedire, rep.obædire, fol.18.pag.2.quæ rep.qua, ead.pag.lin.9.differente,rep.deferente,ead.pag.lin 19.nec. repone , ne. ead. lin.diui, rep.diu.ead.pag.lin.23.officio,rep.officiorum,eod.fol.18,pag.2.lin. 24.iurerurando,rep.iureiurando, fol.19.pag.1.lin.5.contenta, rep.contempta,fol.20.pag.1 pertiner,rep.pertinet,eod.fol.pag.1.lin.18.Donellius,rep.Donellus ead.pag.lin.vlt.Ant.Frab.rep.Anton.Fab.fol.20.pag.2.lin.20.de condit rep.de condict.ead.pag.in fine,& fol.21.in princ.uireiurando,rep.iureiurando,eod.fol.21.pag.2.lin.5.pecto, rep.pacto. eod.fol.& pag.lin.2.eam rep. ei,eod.fol.21.pag.2.lin.13.vetbo,rep.verbo,ead.pag,lin.21. repeti, rep. peti, lin.ſequenti famotiori,rep.famoſiori,fol.22.pag.1.lin.penult.ex ſtipulata,repone ex ſtipulatu,fol.22.pag.2.lin.2.iuriſprudentiæ, rep.iuriſprudẽtia, eod. fol.23.pag.2 lin.21.condit.rep.condict.fol.24.pag.1.lin.18.poſt *ratione*,adde *iuriſiurandi*,eod.fol.& pag.lin.vlt. collu. Sdetegenda, rep.collus.detegenda, eod.fo.24 pag 2.lin.6.Si,rep.&,ead.pag.lin.7.&in fine,rep.in fine,ead.pag. linea 10.exæquuatione,rep.exæquatione.ead.pag.lin.12.iurgite,rep gurgite. eod.fol.24.& pag.2.lin.19.lib.4.rep.lib.5. fol.25.pag 1. lin.1. poſt *vbi*, adde, *docemur*,fol.25.pag.2.lin.15.aliquot rapone,aliquod, fol.26.pag.1.lin.18. poſt *obligat* adde,*quæ*,ead.pag.extenſio,rep.extẽſio,fo.26.pag.2.lin.5.huius,rep. cuius,fol.27.pag 1.lin.5. *fine*, adde, *ita eadem*,fol.28. pag.1.lin.12.dicernitur, repone , decernitur. ead. pagin. linea 19.deterrentur,repone,deterrerentur, eod.fol.28.pagin. 2.lin.3.ſic, repone,ſic. ead.pagin.lin.19.patronum,repone, patronus,fo.29.pag.2.lin.11.onimum,rep.animum,ead.pag.lin.vlt.noxerat, rep.nox erat,ead.lin.inuentus,rep. iuuentus,fol.30.pag.1.lin.9.erat, rep. eat. eod.fol.pag 2.lin.20.liber.rep.libro.ead.pag.lin.21.titu, rep.titu. ead.pa.lin. 25.liber,rep.libro,ead.lin.contra,repone,contro. fol.31.poſt *c.1.* adde *et*,eod. fol.31.pag.1.lin *&* *lib.* dele, *&* eod.fol.31.pag.2.lin.4.Fabio,rep.Fabro,fo.33 pag.17.ſequuatium.rep.ſequatium,fol.34.pag.1.lin,4. quære, rep. quærere,

O. C. C. V. S. P. D.

IN Salmantino Mineruio, poſtquam ex Americo portu ad litterarum appuli, duo cõſummaui luſtra, fors fruſtra oleum, & operam perdidiſſe putabit Criticus dum in agone, & paleſtra pro anteceſſorum laurea maior eorum pars tranſacta fuerit: ſat præmij eſt litterarum, & ſcientiarum omnium.

Deuenire locos lætos, & amena vireta,

Sat fructus, & emolumenti ſcire, ſi ſcientia eſt perpeti. Quæ vero pro litterario tulerim amore, nunc non tam fuiſſe perpeſſa, quam poſſe referri videntur impoſsibilia:

Fœlix, qui patitur, quæ numerare poteſt.

Bis decies ex tempore inſudaui, nec voti compos euaſi.

Illa grauis palma eſt, quam minor hoſtis habet.

Clarior tandem illuxit dies, in qua nauigationis noſtræ fœlix apparuit meta, tutiſsimuſq; portus, meum Maius Hiſpalenſe Collegium: fatebor enim, dum me Salmantica tenebat.

Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculij:
Quamuis multa meis exiret victima ſeptis,
Pinguis, & ingratæ premeretur caſeus vrbi.

Inte-

Interea vero, quæ Salmantina dedit ſors pericula ſubeunda; quatuor typpis mandarunt ſuis expenſis diſcipuli noſtri, quæ in lucem, iam pridem ſine duce prodierunt: aſt nunc vt benignius legantur, anxius appetantur, auidius quærãtur, & acrius defendantur, tibi fouenda, & illuſtranda ex animo, & ex ſententia mancipo.

Nec ronchos metuam malignorum.
Nec ſcombris tunicas dabo moleſtas.

Tua ſunt iam (ſenator optime) Quis igitur doctrinæ tuæ non ſuffragabitur? Quis Theoninos in ijciet dentes?

O quantum mihi nominis paratur!
O quæ gloria, quam frequens amator!
O quantum velim fieri meus libellus!

Vale diu fælix, & omnium ex votis ſemper auguſtior. Ex maiori Hiſpalenſi Collegio 4. Kal. Aprilis, Anni 1636.

Tibi deditiſsimus.

Don Matthias Guerra de Latras.

LEC.

PRIMVM OPINIONIS PERICVLVM, ALIAS in ordine tertium.

AD PAVLVM I. C. IN l. vlt. ff. de cap. minutis, pro ff. veteris cathedra Salmanticæ, die decimo quarto, Kal. Ianu. Anno Dñi M. DCXXIX.

IAM me Salmantica nouit (erudita cohors) nouerunt, & quotquot æſtiuis ignibus fatigatos, nutribat Salmantica; ſuſpexere omnes locum iſtum, eminẽtem alias, veneratum doctis, venerandum Magiſtris, ſemel, atque iterum inculcare; verum id (nec iniuria) intra priuatos parietes, veluti ſopito ſtudentium concurſu, aggredi iudicabam; profuit tamen; formidinem excuſi, perſonam egi, vt melius nunc vobis iudicibus ſpacioſa iuris volumina peragrarem, innauigabiles difficultatum pontos trannarem, criſpatis iurgijs, & in nodum quaſi tortis Iuriſconſultorum crinibus diſcurſiuum applicarem pectinem, denſiſsimaſque dubietatum nebulas inſtruc-